



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

17. De miraculosa monasterij Tuitiensis ab eodem incendio protectione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

villæ partem, quæ sibi concessa non fuerat, & ubi, sicut manifestum est, nociturus erat. Quæ non delectet tantum vidisse vel videre miraculum. Deniq; Corporale iam dictum sic integrum & illesum relatum est, ut tamē signum habeat non indecōrum, videlicet lineam subrufam, cum sit ipsum, ut prius erat, totum candidum. Hoc nimirum melius placet, quàm si nulla penitus incendij nota inesset, quia clarius ex hoc memoriale est, & inter omnem eiusmodi sacram supellectilē agnosci debet.

Rupertus Tuitiensis eodem libro cap. 4. de miraculosa Monasterij Tuitiensis ab eodem incendio protectione.

CAP. XVII.

CVM solutis habenis totum, ut iam supra dictum est, castellum intus & exterius possideret incendium, me procul sedente inter intactas ab igne domos, ita tamē ut spectare possem illud triste spectaculum, scilicet vndantia cacumina flammæ, stetit in editiore tecto, quod diceret, ardere ipsam sancti Urbani basilicam, videlicet sitam ante valvas monasterij parochianam Ecclesiam. Actū putavi, & de liberatione ipsius monasterij penè desperavi, nisi quod in memetipso canebat spiritus meus, in ira misericordiæ memor *Abac. 3.* ris. Deinde post moram non modicam coepit illud quoque intra memetipsum canere interior homo: Benedico te pater Domini mei IESU Christi, quia per filium tuum ignis extinctus

ctus est à latere meo. Et ita factum erat. Venerunt quippè continuo, qui dicerent decidisse incendium, saluumque & incolume reliquisse cum clauistro monasterium, tantum autem conlaterales domos siue officinas omnes cum arcis in fauillâ & cineres esse redactus. Quis hæc sperare poterat? Quis nisi Deus hoc facere potuisset, cuius auxilium multitudo populi vtriusque sexus ex vltiore Rheni littore prospectans, suppliciter & deuotissimè inclamabat? Viderunt enim plerique illorum, & hoc publicè fatètur, quia viderunt virum speciosissimum super monasterij culmen læuo latere siue cubitu innixum, & subleuatam manu dextera impetum ignis abigètem, qui iam turrin campanariam introrsum corripuerat.

Rupertus Tuitiensis eodem in libro cap. 4. & s. quomodo corpus Christi unà cum pixide lignea, in qua asservabatur, incendio circumquaque seuiente, intactum permanserit.

C A P. X V I I I.

AVDITO hoc bono nuncio reuertebam post noctem tristem die reddiro, & ecce Parochianus sacerdos Ecclesiæ, supra memoratæ nomine Stephanus diuulgabat, mihi maximè deuariare properans, dulce & iucundum miraculum, signum valde bonum, magnumque & euidentis vigilantis circa nos diuinæ propiciationis iudicium. Pixidem ligneam, & in ea corpus Dominicum habuerat
secus